

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Prologvs Domini Rvperti Tvitiensis Abbatis In Explanationem duodecim  
Prophetarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](#)

**SOPROLOGVS DOMINI RUPERTI TVI  
TIENSIS ABBATIS IN EXPLANATIONEM**

duodecim Prophetarum.

**S**piritu sancto & omnibus, quoque per os ipse locutus est sanctis Prophetis, ut illustrissime Colonensi Archipræsul Fritherice, iocundū esse nostrū elo, quiū, non uane speramus: dū Christi filij dei sacramenta prædicantes, ipsorum testimonij opportune, & couenienter utimur. Vno nanc & eode actu, dū fidē nostrā deo offerimus, ipsoque quoque testes sumus, ipsorum fidei testimoniū perhibemus. Hoc nimirū illis gratū esse & iocundū non dubitamus. Ait enim unus illorum Esaias, in thesauro fidei et uero domini ualde copiosus. Et dixit dñs ad me. Sume tibi librum grande, & scribe in eo stilo hominis, uelociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotē, & Zachariā filium Barachia, & accessi ad prophetissam, & cōcepit & peperit filium. Et dixit dñs ad me, Voca nomen eius, accelerat spolia detrahere: festina prædari, quia anteq̄ sciat puer uocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariae corā rege Assyriog. ¶ Quisnā est liber ille grandis, quē ut sumeret sibi iussum esse dicit, nisi uniueritas scripturarum, in qua sumi fidelia testimonia Christi, quod sanctū primū ad Abrahā deus repromisit? Et quid illi est, in tali libro scripsisse stilo hominis nomen pueri, de quo prædixerat. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, nisi accepisse gratiā propheticā, factūque esse unū ex illis qui eiusdem Christi uenturi testimonia cōscripti erunt, eundēq̄ testantur extitisse deū, priusq̄ per carnis natuitatē ueniret in hunc mundū. Hoc eleganter per tale nomen prædicatur, accelerat spolia detrahere, festina prædari, & per talē nominis rationē, quia anteq̄ sciat puer uocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariae corā rege Assyriog. Qualis enim uel quanta est acceleratio spolia detrahēdi, siue festinatio prædandi, prius spolia detrahere, prius prædari, q̄ habere matrem uel uocare patrem, qui fuit Ioseph secundū adoptionē puerō huic? Idē ergo est ac si dicat, quia puer iste quē uirgo cōcepit & peperit, deus erat priusq̄ idē homo fierer, & saluauit Hierusalē & Iudā à rege Damasci Rasin, & à rege Samariae. Facee filio Romæ, quitunc illū pariter impugnabant, & à cæteris quoque hostibus, à quibus ille populus a uixilio superno liberatus est. Profecto hīmōi prophetias scribere, accedere fuit ad prophetissam, de qua dicit, & accessi ad prophetissam, & cōcepit & peperit filium. Quænā est illa prophetissa, nisi illa de qua prælocutus fuerat mater Emanuelis, uirgo Maria gratia plena, in qua omnis prophetia implenda erat? Iste accessus ad hanc prophetissam talis est, qualis introitus honorati uiri in sanctuarium dñi, cū oblatiōe solenni, cū talento quod offerat auriprotati atq̄ purissimi. ¶ Testes huius rei, quod taliter ad prophetissam illā accesserit, quod p̄ prophetiae in ea cōplendae suā portionē conscriperit, gratulatur se habetē Apostolos ex Iudeis, q̄ sanctos doctores ex gentibus, uerbis huiuscemodi. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotē, & Zachariā filium Barachia. Sacerdos Vrias, quod interpretatur lux mea dñs, apostolica dignitas. Zacharias, quod interpretatur memor dñi. Filius Barachia, id est benedicti dñi, conuentus uel cœctus est ecclesiæ de gentibus, sanctis ornatus doctribus: q̄ rū omniū, uidelicet Apostolos atq̄ doctores, si scripta perpēdas, palam est quia testes sunt Esaiæ Prophetæ, quod optime senserit & crediderit de puerō hoc talis prophetissæ filio, quia nimirū in prædicatione fidei huius, uerbis eius constatē utuntur. ¶ Quod de uno Esaiā diximus de cæteris quoque prophetis dicimus: quia euera datū est illis à spū sancto, dividente singulis prout uult, sumere librū grande, id est sanctā scripturā, cuius primā & magnā portionē scripsit Moses, & scribere in eo stilo hominis, id est eadē authoritate qua primus Mōses scripsit, scribere aliquid pro uirili portione, siue quod ab homine posset legi, & tali modo accedere ad illā prophetissam, & inde habere testes duos, id est tā de Iudeis q̄ de gentibus credentes, quod de Christo dei filio multū bene senserint, & in spū sancto locuti sunt: quæ gratia uere magna est. Nā legere quidē illū grande librū pluribus datū est, paucissimum aut̄ scribere in eo, & in sanctarum canone scripturarum esse principes. ¶ Igitur sicut in initio diximus, sanctis prophetis cū Christo iocundū esse nostrū eloquiū, non uane speramus, dū Christi sacramenta prædicantes, ipsorum confessione & uerbis quæ scripserūt, eundē

Esaiæ. 2

Ibidem. 7

Duo testes,  
Apostoli et  
sancti do-  
ctores.

A Christū

## PROLOGVS RVPER. IN .XII. PROPHE.

Christū honoramus. Cui aut̄ non sit optabile, talibus ac tantis regis æterni præconibus in hac parte iocunditatē & exultationē facere, ut gratulentur se tātā rei nos testes habere? Bonā quippe uicissitudinē in tempore opportuno ualebunt rependere. Ea spe uel expectatione scito me, pater mi, sicut in cæteris scripturis, ita & in uolumine duodecim prophetarū operā rā dedit ad quārendū Christū, cuius ueritas eōrū corda possedit, ora repleuit, calamū rexit ut per omne quod scriberent, ad eius gloriā & honorē tenderent. Hoc nūc dico à quo ipse nō dissentis, quod sicut de quadā terra scriptū legimus, quia ibi nascitur aurū, & aurū terræ illius optimū est, ita de sancta propheticā scriptura recte dicas, quia in hac inuenitur Christi filij dei testimoniū, & testimoniū scripturæ huius optimū est. Tu mihi, & tecū paxillus modicus, attamen fidelis & in loco fidi fixus, coenobiū Sygebergensis Abbas Cuno fidei & scientiæ domesticus, stimulū apposuistis, sicut in cæteris quibuldā, ita & in parte ista: ut quāuis piger essem, nō tamē usquequaque dormitare possem, quū & hoc uolumē aliquatenus attingerē. Quod iā feci usq; ad finē Micheæ, qui in hoc ordine sextus est. Septimus se quebatur Naum, sed quia is de aduentu Christi fere nihil tale dicit, quod illū proprie nuntiet ipso sono literali, refriguit studiū, q; contracta est admidū iocunditas quæ difficultatē tolerabilē in alijs fecerat. Ecce per hanc occasionē imperfecto opere sed ego piger operarius, fortassis nihil de sex posterioribus prophetis præsumpturus. Cur in hac re nunc solito piger sum? Nomen inane mihi non abscq; labore dedisti.

## PROLOGVS RVPERTI IN OSEE PROPHETA M.

**P**rimus in ordine duodecim Prophetarū ponitur Osee. Huius ad intelligentiā q;to sapientiæ lumine opus sit, ipse nō leuiter innuit, cū in calce uoluminis ita dicit. **Q**uis sapiens, & intelliget ista: intelligens, & sciet hæc. Sic nāq; admirando interrogās, interrogādo admirās: satis affirmat quod diligēter & multa cū industria preciosas in angusta litera quā profundiſſime abscondit spiritualis intelligētiæ margaritas, adeo ut quisq; eorū qui meditātur in lege dñi, totis sancti studiū uiribus adhibitis eas inueniter, hic uere sapiens atq; intelligēs reputādū sit. **D**icit ergo quis. Quorsum tendebat talis diligētia? Nungd sanctus prophetarū spūs, qui in isto atq; in cæteris loquebatur, sensus sui thefau rū nobis occultū esse uolebat. Nungd beniuolus nō est spūs sapientiæ propheticæ, & iccirco taliter se abscondēbat, ut nos eā aut uix aut nunq; possemus inuenire: tnd ut inueniri posset, iccirco sapientia hæc abscondita, & thesaurus hic occultus est. Nisi eīm se abscondit, nimirū hodie inueniri nō posset. Hoc tūc demū recte aduertis, si statū temporis illius ritte perpēdis. Nunquid eīm prophetarū suis quiq; tēporibus tā libere loquebantur, q; licenter hodie legūtur? Nungd nō in multa formidine prophetabāt. Dicit nāq; unus ipsoz. Si occiditur in sanctuario dñi sacerdos & propheta, formido & laqueus facta est uaticinatio & cōtritio. Siquidē uaticinatē occidebātur, & ipsa uaticinatio laqueus fiebat illis, ut quasi iuste & rationabiliter occidi uideretur. Exempli gratia. Elaiā, quāuis esset sanctus & nobilis, ut pote, cuius Manasses rex, gener exituit, id quod uaticinatus fuerat, dicēdo. Vidi dñm sedētem super soliū excellū & eleuatū: laqueus fuit. Nam in lege dñs dicit Mosi. Nō eīm uidebit me homo, & uiuere potest. Ergo apud iudices iniquos quasi ex ore & uaticinatione sua illaqueatus est, q; sancta legi & ipsi dño cōtraria dicere præsumpsisset, scribendo se dominū uidisse, cū dñs dixisset se nō posse uideri ab homine: atq; ita habitu quasi iudicio condemnatus est. Deniq; ab hoc illū Hebrei à iam dicto ipsius genero Manasse sectū esse prohibet. Quid putas illi euenisset, si quēadmodū dixerat, uidi dñm sedētem super soliū excellū & eleuatū: ita etiā nudo sermone dixisset, quomodo uel quali ordine idē dñs ab ipsis Iudæis crucifigēdū, & tunc demū resurgendo ex mortuis in illud excellū paternæ de extre soliū esset eleuādū? Nimirū nō expectassent illi, ut saltē cū iudicio cōdemnarēt, sed si cut beato prothomartyre Stephano dicēte, Ecce uiideo ccelos apertos, & filiū hominis stātem à dextris uirtutis dei, qui utiq; crucifixus fuerat ab illis: non expectauerunt ut pergeret iudicium, sed exclamantes continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum,

in eum, ita insaniētes tāquam pro zelo domini fortiter cōclamantes, simul irruissent in eū. Cur obscutē  
 ¶ Nec uero tantum de sua morte solliciti formidabāt ne occiderētur, quam ne sacræ peris scriperunt  
 clitarentur literæ, & de hominū memoriā tollerentur. Etenim nūc quidem, cum ab alijs prophetæ  
 prophetæ occiderentur, ab alijs propheticæ literæ custodirētur: tūc autem si tantum sc̄o  
 lustantibz sceleris pecenā Iudæis euenturam palā enunciarēt, nequaq̄ custodirētur. Exem-  
 pli gratia. Quando uerba domini, quæ Baruch scriba ex ore Hieremiacē scrips̄erat, rex com-  
 bulit, scindes uolumen scalpello scribæ, & prōjiciens in ignem, Elathan, & Dalaias, &  
 Gamarias cōtradix erunt regi, licet nō audierit eos. Profecto si ea, quæ de passione domini,  
 & de futura subuersione ciuitatis, totiusq̄ gētis, quæ prōpter illam futura erat, sentiebat, idē  
 Hieremias manifestis, & rebus, & nominibus cōscriptis, nō modo nō prohibuisserint uo-  
 lumen illud scindi sive comburi, uerum etiam & uniuersam illius, qua nūc ecclesia Christi  
 fruictur, scripturam propheticā perdere festinascent, ipsum quoq̄ nō tantum misserint in la-  
 cum, ut iam fecerāt, uerum etiā aut uiuē igni tradidissent, aut alio quolibet modo crudelitēt  
 occidissent. Cōtemporādū ita q̄ tūc erat tempori, quatenus & scripturas ueritatis spiritus  
 sanctus cōderet, & tamen ueritas nō usq; quaque damnosum uenturis seculis odium sibi pa-  
 rere. Si enim Christus dei filius in Psalmo loquitur. Deus ostēdit mihi super inimicos meos  
 ne occidas eos, ne quādo obliuiscātur populi mei. Disperge illos in uirtute tua: cur non &  
 prophetis Christi cōueniat dicere. Deus ostēdit nobis super fornicatrices istas, Olla atq;  
 Oolam, quartū altera Samaria, altera est Hierusalem, ne nimis exasperetis eas, ne quando  
 obliuiscātur mei, siue ignoratiām dei semper habeāt uenturi populi, si ista scripturas recipi-  
 re aut cōseruare uoluerint, ut inīni discretionē prouida, occultate sub figuris & ænigmati-  
 bus descensurā ad terras diuinitatis mysteria. ¶ Igitur cum dicit hic unus ex illis, primus (ut  
 iam dīctum est) in ordine prophetarum duodecim. Quis sapiēs, & intelliget ista, intelligēs,  
 & sciet hæc, atq; hoc dices manifeste sensus occultos & intellectu difficiles in litera æni-  
 gmatica sese signasse cōfirmat: recte non iudicatur tanquā inuidus, sed honoratur tanquā  
 prouidus. Quippe qui bonū thesaurum futuris gratiā colāredibus in tuo reposuit, cla-  
 uim illi derelinques cui dereliquit David, qui Psalmos, nihilominus clausos cōscriptis: ut  
 aperire ipse quibus uellet in plenitudine temporis. Unde & in Apocalypsi sanctus & ue-  
 rus dicitur habēs clauim David qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit, dicitq;  
 angelo Phyladelphiq;. Ecce dedi ostium apertū coram te, quod nemo potest claudere. Ipse  
 nobis aperire dignetur ostiū intelligentiæ, per quod priores & patres nostros, ecclesiæ ma-  
 gistros introducere dignatus est, ut nos quoq; cum illis uidere queamus, quid, quādo, uel  
 quomodo fecerit deus, per quod assimilatus sit in manu prophetæ huius, semel & iterum,  
 ac tertio ad mulierem fornicariā accendentis, & ex ea duos filios et filiam generantis, et post  
 hæc adhuc mulierem adulterā adeuntis. Nam quod hæc in similitudinem sui prophetæ fa-  
 cere sit iussus, ipse testatur, qui in hoc eodē loquitur. Et locutus sum per prophetas, et ego  
 uisionem multiplicavi, et in manu prophetæ assimilatus sum. ¶ Nam cum et illud nō ab  
 re est querere, sanctos istos prophetas suis in temporibus tam exos, ut pleriq; ex eis cru-  
 deliter interfici sint; quæ causa eos defenderit, et tantum genti illi, quāuis peccatrici, com-  
 mendauerit, ut literas eorū in eodem receptorum apice canonicae authoritatis, in quo et ipsam  
 legē Mōsi. Quod si queris opportune, responderem, quia uere dignitati illorū subuenit au-  
 thoritas et iudicium sanctæ et prouidæ legis domini. Dixerat nāq; dominus, sicut habes  
 in libro Deuteronomij. Prophetā autē, qui arrogatiā depravatus, uoluerit loqui in nomi-  
 ne meo, quæ ego nō præcepī illi ut diceret, aut ex nomine deorum aliorum, interficietur.  
 Quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere uerbū quod non est  
 locutus dñs, hoc habebis signum, quod in nomine domini prophetā ille prædixerit et non  
 euenerit, hoc dñs nō est locutus, sed per timorem animi sui prophetā cōfinxit, et iccirco  
 nō timebis eū. Cum hæc dicit iusta et irrefragabilis lex, ergo ecōtra quod in nomine domi-  
 ni prophetā p̄dixerit et euenerit, hoc dñs est locutus, iccirco timebis eū. Porro sancti pro-  
 phete isti, cū mitterētur ad prænūciandum de longinquō Christi aduentū, simul etiā  
 de propinquō datū uel iniunctū est illis prophetare illud, in quo citius ueraces comproba-  
 ri possent, scilicet imminētem ab Assyriis Israheli captiuitatē, itemq; instatē Iudæ quoq;

Hier. 38

Psalm. 58

Ezech. 23

Infra. 14

Claus.  
David.  
Apoca. 3

Infra. 13

Quæstiō dē  
prophetis.

Deute. 18